

141.303

D. ANTONII FERNANDEZ
DE OTERO
I.C CARRIONENSIS.
OPERA JURIDICA

Duobus Tomis Digesta.

IMP' TOT. P. SAL. I. FECIT TO
F. M. A. D. I. CARRANO.

D. ANTONII FERNANDEZ
DE OTERO

I. C. CARRIONENSIS.

OLIM IN PINTIANA ACADEMIA INSTITUTIONUM

Civilium Cathedræ Moderatoris ; deinde in Pintiano Regio Senatu
Forensium Causarum Patroni ,

TRACTATUS
DE OFFICIALIBUS
REIPUBLICÆ,
NEC NON OPPIDORUM UTRIUSQUE
CASTELLÆ,

Tum de eorundem Electione, Usu & Exercitio.

OPUS NON SOLUM TIRONIBUS SED ETIAM MAGISTRI
per necessarium, dupli Indice, Capitum scilicet, & Rerum locupletatum.

EDITIO TERTIA, AUCTIOR ET ACCURATOR



COLONIÆ ALLOBROGUM.

Apud FRATRES DE TOURNES.

M. DCC. XXXII.



PROLOQUIUM AD LECTOREM.

RÆFATIONUM usus, in Librorum editionibus, non omnibus probatur, utpotè quæ Lectori in altum properanti remoram injicere videantur, & Genium rem ipsam cominùs videre gestiens retinaculis importunis præpediant. Cui etenim bono, inquiunt, Tabellæ publicè propositæ veluti obducere, & præsentem voluptatem avidis præripere oculis jam-jam ad illam contemplandam ardentibus? vel esurientem atque mensæ assidentem longiore discursu convivam distinere, qua scilicet arte, quibusvè condimentis edulia parata sint, quali aures priùs quam os & venter, saturandæ sint? At verò cæteri, quibus sanior residet sententia, quamvis prolixiora Lectorem fatigantia Prolegomena explodant, non tamen recusant ea quæ brevem totius Operis synopsim exhibent tanquam in speculo, ut hac ratione mens imbuta primis rei differendæ rudimentis, facilitiori negotio intentionem Authoris percipiat, & delicatori oblectatione singularum totius Operis partium pulchritudinem intueatur.

Quare operæ pretium duxi compendiariam hujus Tractatus delineationem in limine præponere, duabus distincti partibus, quarum prior agit de Officialibus Reipublicæ Hispanorum, sive utriusque Castellæ in genere: posterior verò Prætores, seu Iudices Ordinarios Civitatum & Oppidorum tam Regiæ Coronæ, quam privatorum Toparcharum in specie considerat.

Amplissima quidem materia est juxta ac utilissima, siquidem in omni Republica benè constituta, Magistratum institutio principem locum sibi facile vindicat, sine quorum authoritate, prudenter, & diligentia stare minimè potest; ut quemadmodum exercitus sine Imperatore ab hostibus nullo negotio debellatur ac dissipatur, & navis sine gubernaculo evidentissimis subjacet naufragii



D. ANTONII FERNANDEZ
D E O T E R O,
 I.C CARRIONENSIS,
 TRACTATUS
DE OFFICIALIBUS.
 P A R S P R I M A.

C A P U T P R I M U M,

Quid Officialium nomine comprehen-
datur, & quid sit electio?

S U M M A R I U M.

- 1 Officialium verbo quid significetur?
- 2 Officialis à verbo officio derivantur.
- 3 Officium dicitur quod quisque efficere debet.
- 4 Officium p. iacis quid?
- 5 Officium Avi circa Nepotem quid?
- 6 Officium paternum?
- 7 Officium Magistratus?
- 8 Officium pro munere publico & honore infur-
patur.
- 9 Officium censuale.
- 10 Coborsale.
- 11 Comitatum.
- 12 Officium quandoque dicitur ipse locus in quo
Officialis consistunt.
- 13 Officium nobile & mercenarium quid?
- 14 Officia quedam publica, quedam vero priva-
ta.
- 15 Publica duplii sunt in differentia.
- 16 Privata quid sine.
- 17 Officium quid differat ab artificio?
- 18 Artes alia sordida, alia honesta.
- 19 Officia alia honorifica, alia vita.
- 20 Officialis ab officio publico derivantur.
- 21 Officialis Reipublica quo sensu dicantur.
- 22 Regis dignitas an sit Officium?
- 23 An ex officio tenentur Rex Regnis inservire?
- 24 Imperare non solum est dignitas, sed arti ar-

tiuum omnium summa.

- 25 Proprium Regum officium quid?
- 26 Ars arcium est dominum regere.
- 27 Elelio à verbo eligere derivatur.
- 28 Elellia propriè quid?
- 29 Elellia generaliter definita quid?
- 30 Elellions definitio in genere.



Istari de Officialibus Reipubli-
car, eorum creatione & usu, cum
caeteris ad eorum ministerium
spectantibus rebus; oportet ut
prius dignoscamus & quid Offi-
cialium verbo significetur, ut
merito in proposito, cum Marc.
Tullio Ciceron. lib. 1. Officialium praefari valeam;
placet igitur, quoniam omnis dispositio de offi-
ciorum futura est, ante distinire, quid sit officium,
ut intelligatur quid sit id de quo disputatur, quod
ita docet D. Ambrosius lib. 10. Officialium in pro-
posito.

Et fane & Officialis à verbo *Officio* denomi-
nantur; officium & autem dicitur, quod quisque
efficere debet pro sua conditione persone ut ita-
dit D. Ambrosius lib. 1. Officialium; Schander.
in l. iur. verb. *Officium*; Cicero in lib. 1. Officiali-
um & lib. de inventione, exarant Caesar & Co-
sta lib. 2. antiquit. pro verbo *Officio* utebantur,
ut docet Poliaester verb. *Officio* & isto sensu apud
legum laiores dici solet & *Officium* pietatis quod
à parentibus in liberos exerceri debet, & in l. do-
zem ff. de collatione bonorum, ubi quippe & *Offi-
cium* avi circa nepotem ex *Officio* patris erga fili-
um pendet l. fin. C. de dot. præm. & ubi paternum
esse *Officium*, Alciat. lib. 1. de præl. 17.
Palae. Rub. in cap. per sell. nos. 2. & cap. 24.
Collatione 1. ut in l. 2. ff. de inofficiis, test. Et
A similiter

D. ANTONII FERNANDEZ
DE OTERO

I. C. CARRIONENSIS.

OLIM IN PINTIANA ACADEMIA INSTITUTIONUM
Civilium Cathedræ Moderatoris; deinde in Pintiano Regio Senatu
Forensium Causarum Patroni,

TRACTATUS
DE PASCUIS
ET
JURE PASCENDI

Cum Notis & Additionibus

VINCENTII BONDENI,

COMITIS, EQUITIS CHRISTI, J. C. ARGENTANI,
Præclarissimi, & Celeberrimi.

NOVA EDITIO, Prioribus Lugdunensibus, Aliisque Locupletior
& Accuratori.



COLONIÆ ALLOBROGUM,
Apud FRATRES DE TOURNES.

M. DCC. XXXII.



NOBILISSIMO, ERUDITISSIMO,
AC PRÆSTANTISSIMO VIRO DOMINO,

AC DOMINO SUO LICENTIATO

JOSEPHO GONZALEZ,

à Consiliis Potentissimi, & Catholici Regis nostri Philippi IV. &
in ejus Supremo Castellæ, & Camerali Senatu meritissimo
Justitiae Patri, & Vindici integerrimo,

ANTONIUS FERNANDEZ DE OTERO V.I.

Doctor, Cliens obsequientissimus, dicat, & salutem, &
felicitatem exoptat.



C Q U I S lucubrationum meatum specimen primam, pascuorum
meorum fructum (si quis sit) Tibi, Nobilissime, Eruditissime, ac
omni ex parte Præstantissime Meceus, omni jure sacrari debete,
non erit ratus? En jam arida, & inculta rusticitatis meæ Pascha ista,
Nomini tuo libata, ejus aspirante rote, micant, & virentia florent.
Et Tractatus iste (quem à me habere non valuit) à tua luce splendorem, accipiet;
& quam optare potuit, à tua dignitate commendationem. Scopus mihi iste, à du-
plici prodit causa: à tuis meritis; ab officio meo Latior uterque campus quām ut
hoc possit orationis cursu lustrari. Dicam igitur parva de magnis, pauca de pluti-
mis explorata omnibus, mihi probata, qui loquor (verus testis est qui laudat ex-
pertus.) Quo etenim ad stemmatum nobilitatem, utique ex clarissima Gundisal-
vorum familia, ortus enitet tuus: ut mérito Dominus Joannes Gonçalez Veldesius
charissimus filius tuus inter Pattios, & nobilitatis Heroes Equestris Ordinis Divi
Jacobi in terrena admodum ætate, fulgente ense, & rubeo stigmate fuerit insigni-
tus, & felici auspicio cooptatus. Sed quid in hereditarii, & gentilitii sanguinis tui
gloria decantanda cunctandum? cum propria vittatum tuarum nobilitas, Majorum
tuorum generositatì correspondens, & splendorem continuans, ita coruscat, & ful-
get: Ut enim canit Ovidius 3. Metamorph.

Nam genus, & proavos, & que non fecimus ipse,
Vix ea nostra voca.

Itaque cum verus nobilitatis splendor, juxta Philosophorum Principis placitum, in
animi bonis resideat; nempè in operationibus secundum habitum virtutis, in vita
perfecta præstantioribus, quis eam Te integrè assequutum (ita ut literarum studiis,
& Jurisconsulti, ac Patroni causarum in hoc fœlicissimo Regali Conventu muneri
te exhibuisti) non fatetur? In Te vittatum omnium moralium, & intellectualium
certatum tanquam in tutissimo confortio, cohors conspicue adstabat, & indefessus

ANTONII FERNANDEZ
DE
O T E R O
J. C. CARRIONENSIS
TRACTATUS
DE PASCUIS ET JURE PASCENDI,
CUM DOCTISSIMIS NOTIS
COMITIS VINCENTII
BONDENI
EQUITIS CHRISTI, J. C. ARGENTANI
Præclarissimi.

C A P U T P R I M U M.

A R G U M E N T U M.

De varia, ac diversa Pasculi appellatione, & quibus vocabulis, ac nominibus significetur.

S U M M A R I U M.

- 1 Terminorum, sive aggerum, qui pasculi pecorum deserviunt, proponuntur varia nomina.
- 2 Sylva quid sit in genere, exponitur.
- 3 Sylva duplex traditur species, alia cedua, alia pascula.
- 4 Sylva cedua quae sit.
- 5 Referuntur Doctores, qui de sylva cedua agunt.
- 6 Sylva cedua etiam Palaris vocatur.
- 7 Sylva Pascula quae sit.
- 8 Sylva Pascula etiam comprehendit Glendiaria.
- 9 Sylva Glendiaria quandoque non dicitur pascula, sed cedua.
- 10 Saltus quid sit, exponitur, & ejus etymologia.
- 11 Saltus quare dicatur Astivus, & Hibernus.
- 12 Saltus quandoque pro agro sumitur.
- 13 Saluenses fundi qui dicuntur.
- 14 Saluenses coloni qui sunt.
- 15 Saluarius locus quis dicatur.
- 16 Pratum quid sit & ejus etymologia ratio ostenditur.
- 17 Pratu duplex differentia significatur.

18 Pratum secundum aptius est fano, quam rignum.

19 Prati apud veteres magna fuit estimatio.

20 Prati prima, & postrema fuit attributa agricultura.

21 Pratum an fundi appellatione veniat.

22 Exiit quid sit, & quare sic dictus.

23 Defensa traditur qualitas, & significatio, secundum leges Regni.

24 Defensa quare sic dicta.

25 Nemus quid sit, & quid comprehendat.

26 Pasculi qualitas exponitur.



Eminorum, sive aggerum, qui pasculi pecorum deserviunt, varia sunt nomina, & vocabula, ut sylva, saltus, pratum, nemus & defensa; quae, eti in summa unius ferè rei sint significativa, in aliquo tamen diversam continentur speciem, ac peculiarem qualitatem demonstrant.

Sylva est quedam arborum congeries, quam nos vulgo, Bosque, nominamus; telle Rebollo in l. *Sylva* 30. ff. de verborum significati. Et alia 3 dicitur cedua, alia vero pascula, ut in dict. l. *Sylva*.

Cedua est, quae frequenter ceditur, sive matris causa, sive lignorum, de qua non est nostra sermo; sed de ea loquitur Capella de servientibus rusticis, prædict. cap. 22. de monte 5 hue, numer. 6. Azevedo in lib. 5. tit. 7. lib. 3. Recopilat. Molina de Hispanarum prærogen. lib. 1. cap. 22. Joann. Garca de expensis, cap. 11. Gutierrez de tauris, 3. pars. cap. 27. à nro. 2. Barbosa in l. divertio, 9. si fundum, n. 2. ff. fidet. marimon. Dom. Joanni del Castillo in sua

A

ele.